

Neues Archiv

der

Gesellschaft für ältere deutsche Geschichtskunde

zur

Beförderung einer Gesamtausgabe der Quellenschriften
deutscher Geschichten des Mittelalters.



Zehnter Band.

Hannover.

Hahn'sche Buchhandlung.

1885.

XI.

Lateinische Gedichte

des

neunten bis elften Jahrhunderts.

Von

E. Dümmler.

I.

Ferd. Ughelli gab schon in der ersten Ausgabe seiner *Italia sacra* (IV, 1326, Romae 1652) eine kurze Lebensbeschreibung des auf Bertulf folgenden Abtes Bobulenus von Bobio im 7. Jahrhundert, die er 'rudi quidem stilo sed veraciter scripta' nannte, aus einer handschriftlichen Chronik von Bobio. Sein Text aber war sehr zerrüttet, lückenhaft und z. T. unverständlich und liess den poetischen Bau des kleinen Denkmals gar nicht hervortreten. Erhalten ist uns dasselbe in 2 Handschriften der Nationalbibliothek zu Turin, welche schon Am. Peyron in dem von ihm im Anhang zu 'Ciceronis orationum fragmenta' veröffentlichten Inventare der Bibliothek von Bobio von 1461 (S. 42) als Nr. 150 und 151 beschreibt (vgl. Pertz Archiv IX, 609. 611), gegenwärtig als F. IV. 12 (B) und F. IV. 26 (C) bezeichnet. Nachdem bereits früher Herr Emmanuele Bollati die Güte hatte, das Gedicht aus der ersteren Hs. für mich abzuschreiben, liess Herr Gasp. Gorresio, der Vorsteher der Bibliothek, mit grosser Freundlichkeit beide Hss. für mich vergleichen. Er will beide dem 11. Jahrh. zuweisen, während Bethmann sie noch in das 10. setzen wollte. In beiden, die unter einander nur geringe Abweichungen zeigen, bietet der ursprüngliche Wortlaut manche Fehler und Auslassungen, die eine etwas jüngere Hand mit Hilfe von Rasuren durchweg verbessert hat. So ist z. B. 1, 2 in 'prefuit cenobiis' f und s von derselben ergänzt, in 2, 2 'uitae' hinzugefügt, in 2, 3 das s in 'inlesas' und das zweite o in 'comode' u. s. w. Diese Verbesserungen überall zu verzeichnen erschien daher überflüssig.

Das Gedicht selbst ist ein alphabetischer Rhythmus und zwar ein trochäischer Fünfzehnsilber in Gruppen von je drei Zeilen zusammengestellt (vgl. W. Meyer in den Sitzungsber. der phil. hist. Cl. der Münchener Akad. 1882, I, 79). Der Inhalt ist dürftig und spricht für spätere Abfassung, die ich kaum früher als in die karolingische Zeit, wenn nicht erst in das 10. Jahrhundert, setzen möchte. Der Text weist einige grammatische Verstösse auf, bei denen es mir zweifelhaft

scheint, ob man den Verfasser oder den Abschreiber dafür verantwortlich machen soll. Der Rhythmus steht in B auf f. 101', in C auf f. 70'.

INCIPIUNT VERSUS DE BOBULENO ABBATE.

1. **A**tticorum ex genere oriundus nobilis
Bobolenus monachorum prefuit cenobiis,
paterno amore semper Christi rexit famulos.
2. **B**onus pastor ad regendas oves sibi creditas
verbum vitae nunciandum aluit cottidie,
ipsas inlesas ad caulas Christi ducit comode.
3. **C**orde toto et virtute et ex tota anima
deum diligens et cunctos ut se ipsum in Christo,
preceptum dei implevit primum quod preceptum est.
4. **D**ogma priorum antiquorum sancita a patribus
scilicet totam patravit; verbis quos admonuit,
exemplum et confirmavit ipsos quidem perpetim.
5. **E**doctus a sancto dei Columbano presule,
cui post quarto in loco meruit succedere,
ipsius doctrinam sequens rectum tenet tramitem.
6. **F**ortis inter cetum fratrum operando manibus
cum ipsis semper sudare laborem adsuevit,
ipse preibat in opus festinus quam ceteri.
7. **G**ratiam superna illi tantam dedit pietas,
ut per diem ferret laborem, vigilabat per noctes,
deditus oracioni, promptus in ieiunio.
8. **H**ic non surdus obauditor Pauli vocem subsequens,
instanter semper laborans nec gravaret quempiam,
e suo vivens labore verus ut debet monachus.
9. **I**gne domini accensus lucerna emicuit,
super candelabrum posita lumen prebet omnibus,
in domo dei consistens bona luxit opera.
10. **I**gne domini accensus, igne amantissimo,
igne quem dominus in terram misit volens ut ardeat
corda servorum suorum mistico septempace.
11. **K**aritate conectenda fratrum et consorcium
alteramne unquam vitam voluit ostendere,
nisi qualem ipse vivens talem omnes fruerent.
12. **K**apiendo crebro una ipse cum sodalibus
apostolorum doctrinam suis monstrans monachis,
regulariter vivendo omnia communiter.
13. **L**anguencium membra fratrum condolet ut propria
ipse visitans et studet curam gerens congruam
suis filiis ut pater presto semper adfuit.

7, 2 'per' fehlt in C. 12, 1 'crebos uno' verb. 'na' B, 'crebo uno' C.
12, 2 'doctrinamque' B. 'monstans' B.

14. **M**itis, bonus ac benignus, vultu semper hilaris
 pacificusque, mansuetus, lenis, peritissimus,
 simplex quidem et modestus morum flores conferens.
15. **N**am servivit mente Christo devotus et corpore,
 cui sua membra sacra mortificans subdidit,
 mundi huius refutando pompas et delicias.
16. **O**mnia factus ut lucrum omnibus perficeret,
 formam sumpsit iam prefati apostoli egregii,
 quin ut Petrus Christi agnos diligendo pascuit.
17. **P**auperum et peregrinorum amator et egenorum,
 pater vero orfanorum susceptorque hospitum,
 parvulorum pedagogus, solator tristantium.
18. **Q**uanta eius erga omnes adfuisse bonitas,
 nullius lingua conlaudare ipso tandem sufficit,
 stilo namque exarare poterit per singula.
19. **R**ector igitur et pater monachorum, regulae
 conservator recordatur semper seriem,
 qui culpantes post correptos noxam nunquam recolit.
20. **S**erpens latens in fructa ipsumque momorserat,
 suis manibus expressit virus quod emiserat,
 mox sanavit ipse ulcus, cicatrix nec paruit.
21. **T**antam gratiam curandi deus illi contulit,
 ut a lapide precissos artus unius monachi
 de saliva ut linivit, sospitati reddidit.
22. **V**asum unum quod refertum deorsum eversum est,
 cumulum sursum restauravit terris nec effuderat,
 orarium ipsum detegit suusque cooperiens.
23. **X**risti lumen intempesta noctis dum vigilias
 consuetas pervagaret, preibat ut filios
 Israelis protegente columna igniferens.
24. **Y**mnis, psalmis canticisque modulatis vocibus
 concinnavit immolando deo sacrificium,
 spiritales semper laudes regi regum optulit.
25. **Z**elum zelans karitatis zelum plenus domini
 antiquo hoste deceptore cum triumpho caruit,
 sese celos conditori collocavit meritis.
26. **G**loriam deo decantemus, oremus et pariter,
 ut qui eum coronavit ipsius pro meritis,
 nobis veniam concedat paradisi et gaudia.
 Amen.

14, 1 'uultus' C. 'hilares' verb. 'is' B C. 14, 3 'floru' verb. 'res' C.
 15, 2 'sui' B. 17, 1 'Pauperes et peregrinos' C. 'egenos' C. 17, 2 'sus-
 ceptio' C, verb. 'torque' B. 17, 3 'pedagogos' C, verb. 'gus' B. 18, 2
 'ipsi' verb. 'so' C. 19, 2 'butem semper' B, 'butet semper' C. 20, 2
 'oppressit' B. 'uiros' C, verb. 'rus' B. 'quos' C verb. 'quod' B. 21, 2
 'preccisos' verb. 'sus' B, 'percussus' C. 26, 1 'cantemus' C.

II.

Die Handschrift der Berliner Bibliothek Theol. fol. 356 mit angelsächsischer Schrift im 9. Jahrh. von einem 'Hildigrimus diaconus', dem späteren Halberstädter Bischofe (853—888) geschrieben und nach der Bezeichnung 'S. Liudgeri de Werthina' aus dem Kloster Werden stammend — Hildigrim war ein Neffe des h. Liudger und Abt von Werden — enthält auf f. 1' folgende, von Herrn Dr. P. Ewald abgeschriebene Verse:

En tibi perpetuae cupiens infundere vitae

Gaudete¹, lector prudens, ne seducaris ab istis.

Omnia ista volant, servantur in aetherae illa.

Folia conscripsi haec pauperum usibus apta

5 **E**xemploque esse bonis per saecula opto.

Lumina perpetuae iamiam effundere lucis,

Viribus ut summis fallentia fugere discant,

Vasta quae fumigare vincant incendia flamme

Angelicosque augere choros perque aethera possint

10 **L**audibus aeternum gaudentes scandere limen,

Dulcia praesens post sumpturi munera saeculum'.

Die Anfangsbuchstaben ergeben das Acrostichon 'Ego Feluuald', am Rande steht von andrer Hand der Name 'Adalhard'.

Von einer Hand des 10. Jahrh. sind noch weitere Verse hinzugefügt:

Gregorius magni sublimia dicta prophetae

Discutit ethereas doctus adire vias,

Captivosque feris revocat Babilonis ab undis,

Quo patrium Solima carmen in arce sonent.

ALII VERSUS.

Gregorius celsi caelestia visa prophetae

Explanat calles gnarus adire poli.

En altam ingrediens Syon in collibus urbem

Aurea multifidos pandit ad astra gradus'.

III.

Die dem 9. Jahrhundert angehörige Handschrift der Leidener Universitätsbibliothek Lat. Voss. Q. 69 enthält, wie schon früher in dieser Zeitschrift (IV, 150) erwähnt wurde, auf f. 48 ein in Hexametern abgefasstes Martyrium der h. Fides zu Agen (an der Garonne), welches ohne Anfang und Schluss aus 54 Versen besteht. Die Bollandisten scheinen dies Gedicht nicht gekannt zu haben, da sie nur prosaische Acta der Heiligen abdrucken (Acta SS. Octob. III, 288) und ausserdem einer jüngeren poetischen Bearbeitung von Hildebert von Le

1) Rasur in der Hs. etwa für 4 Buchstaben ausreichend.

Mans gedenken. Ohne Zweifel aber ist die vorliegende Dichtung, die sich durch dramatische Lebendigkeit empfiehlt, in karolingischer Zeit entstanden und die Entstehung der Aufzeichnung ungefähr gleichzeitig.

Herr Bibliothekar Du Rieu hatte die grosse Gefälligkeit, 1878 mir eine Abschrift dieses kleinen Stückes zu vermitteln: dasselbe befindet sich auf einem einzelnen Blatte, welches ohne Zusammenhang mit dem übrigen Inhalte der Hs. nur eingeklebt ist.

- Dixerat; at iudex altrinsecus instat et inquit:
 'Ambages multas nimio sermone recenses,
 Ast ego tormentis, non verbis ista refellam
 Ac nisi sacrifices, confestim te male perdam'.
 5 Despicit illa minas et leto protulit ore:
 'Si paciar centum, mihi crede miserrime, mortes,
 Non tamen idcirco Christi privabor amore,
 Nam generosus inest, quem nullus territat hostis,
 Spiritus in nobis, mactato corpore vivens'.
 10 Sic spretus iudex rabido mox protulit ore¹:
 'Nunc quia non valeo quicquam prodesse monendo,
 Vestes, pallia, predia ruraque pollicitando,
 Vos validas validi penas aptate ministri,
 Ferreus hic animus ferro vincatur et igni.
 15 Ferreus est lectus, cui vos supponite prunas,
 Et super hunc duris corpus distendite loris,
 Hisque Fides fulchris thalamisque polita quiescat'.
 Nec mora, crudelis complentur iussa tyranni²,
 Quatuor in partes distendunt virginis artus
 20 Subponuntque ignem, ceu iusserat ipse tyrannus.
 Moxque Fides dixit: 'Tali de munere letor,
 Nempe thoro tali dudum cupio sociari.
 Tu famulam rege, Christe, tuam modo consiliando,
 Ne fragilis sexus victus certamine cedat'.
 25 Dixerat; et venit mox imbrifer angelus illuc
 Et stetit ante thorum, gestabat et ipse coronam
 Ex auro rutilo factam gemmisque choruscam,
 Veste tegens alba nudam qui talia dixit:
 'Pignus habens vitae tali de munere gaude,
 30 Has tibi delitias sponsus premitit Olimpo,
 Gaude, virgo Fides, iterum tibi nuntio, gaude'.

1 'altrinsecus' übergeschr. 'id est econtra' Hs. 17 'FIDES', ebenso v. 31. 33. 51 mit grossen Buchstaben. 28 'Vesteque dum textit nudatam talia dixit' durchgestrichen und übergeschrieben 'uel ueste tegens alba nudam qui talia dixit' Hs.

1) Aen. VII, 451 'rabidoque haec addidit ore'. 2) Sedul. C. P. I, 196, II, 102 'iussa tyranni'.

- Angelus his dictis caeli remeavit ad alta.
 Tunc veneranda Fides, nullo corrupta dolore,
 Tres velut Hebrei quondam flagrante camino
 35 Inter flammaram crepitus pergendo soluti
 Hymnum cantabant domino: sic virgo canebat,
 Dicens: 'Rex benedicte deus per secula cuncta,
 Grates quas valeo refero tibi mente fideli,
 Angelicis qui me conspectibus alloquioque
 40 Roreque caelesti voluisti letificare.
 Illud enim nosti, pater omnipotens, quia nunquam
 Decrevi semel innatum violare pudorem
 Sinceramque fidem, sed sprete voce tyranni
 Ausa fui tua verba loqui sua munera spernens.
 45 Sed quia quod potui per te potui, deus alme,
 Et quia nunc ditas me vestibus atque corona,
 Laus, honor atque decus, concordia, gloria, virtus
 Sit vel cum genito, pater, et cum flamine sancto'.
 In spetie specule rupes supereminet urbi,
 50 In qua Caprasius latitans despexit Agennum,
 Vidit et ecce Fidem toto fore corpore sanam
 Atque super flammam niveam volitare columbam¹.
 Spiritus almus erat Iordanis notus in undis,
 Illa velut regina micans in vestibus albis.

.

IV.

Die Lyoner Hs. 392 aus dem 9. Jahrh., der Commentar des h. Hieronymus zum Iesaias, der Lyoner Kirche von dem Erzbischofe Remigius (852—875) dargebracht, enthält auf der ersten Seite einige höchst barbarische Verse von einer Hand des 10. Jahrh. geschrieben. Ihre Mittheilung verdanke ich der Güte des Herrn Leopold Delisle.

- 'Liber a me lectus explicit Richirannus qui vocor,
 Super Saiam phetam Geronimus vocitatur.
 Grates illi refero, qui illum mutuavit et mihi.
 Bonum quod omne amatori cultori decamque dei
 5 Anagogen altus vulgaris est et perfectus
 Christi et Stephani² protovetestis ipse libellus
 Aliquid set mendosus ne est vicioque scriptoris
 Rigereco³ poterit illum, qui sciverit artem.
 Libri quod sunt novem⁴, tot versus ego digessi.

EXPLICIT FABU DE LIBRO LA.

33 a. R. 'con' Hs. 47 'macellas' gestr., übergeschrieben 'concordia' Hs.
 53 'lotus' ? W. 54 davor am Rande 'con'.

1) Vgl. Notkeri Martyrolog. (Canisii Lect. VI, 934) 'II. Non. Octobris In Galliis civitate Agenno Fidis virginis et martyris: cuius exemplo beatus Caprasius ad martyrium animatus est' (vgl. XIV. Kal. Novembris).
 2) Patrons der Lyoner Kirche. 3) 'Corrigere'? 4) Des h. Hieronymus.

V.

Die von mir schon früher (N. A. IV, 570) beschriebene Hs. der Vaticana Palatinus 487 aus dem 10. Jahrh. enthält f. 31' ein Gedicht auf das Greisenalter, welches nach A. Mai kürzlich Baehrens (Poetae lat. min. V, 313, vgl. IV, 20) wieder herausgegeben hat, darauf nach einigen Distichen f. 32':

I. IN ANTIFRASIN.

- Tu quicumque cupis, iuvenis, hunc scire libellum¹,
 Quo calamos poteris vocis inflare sonoros,
 Disce tonos primum Romano forte magistro.
 Quos varia arte legis plagis cum vocibus octo,
 5 Postea sed numerum pedibus et tempora nota:
 Sic tibi terna simul dulci modulamine currunt,
 Iungere quaeque libent facile et bene verba valebis.
 Perficies forsán tibimet tum nobile carmen.
 Tu studiose, precor, quapropter in ordine disce,
 10 Haec tria concentu quoniam stant maxima rerum.
 Omnia certe vigent concordi sidera cursu
 Et polus armonico currit per saecula rotatu.
 Est decus humanae naturae musica summum,
 Quam qui scire negat, ipsum se scire negabit.

II.

- + a 'An ego raucisonum videor tibi strepere carmen'?
 d 'Vox tua certe placet anser velut inter olores'².
 a 'Experire vales, si audes contendere mecum'.
 d 'Non dignor tali memet committere bello'.
 5 a 'Te stimulis pungit forsán ignavia diris'.
 d 'Nullatenus: sed nunc veniam quocumque placebit'.
 a 'Dic, obsecro, prius tantum, quo iudice certes'.
 d 'Iudicium populi potuit hoc totius esse'.
 a 'Iam mihi sancta placet veterum sapientia iudex'.
 10 d 'Cur veteres prefers, cum tu nova cuncta legisti'?
 a 'Iam pedibus numeris qui te dixere legendum'.
 d 'Quid numeri atque pedes: tantum vox vinnula regnat'.
 a 'Voce sonora canunt volucres sine regmine sensu'.
 d 'Nunc scio, duxisti quo me per longa viarum'.

Ueberschrift: 'In añtfr'. 4 'uari^o arte' Hs., 'variare' Gerbert. II, 1 'raucesonum' Hs. Sollten die Buchstaben a und d, die den Versen vorangehen, etwa 'alumnus' und 'doctor' bedeuten? 2 Am Rande 'albi' (etwa 'Albini')? 10 Hier beginnt f. 33. 11 'dum pedibus' am Rande verb. 'iam'.

1) Vgl. Alcuins Epitafium Pauli (Poetae lat. I, 344) 1 'Tu quicumque cupis requies cognoscere fratrum'. 2) Verg. Ecl. IX, 35.

- 15 a 'Quo nisi vox ratione carens aequabitur illis'.
 d 'Optima sensatae idcirco est modulatio vocis'.
 a 'Iudicium volui pro quo sapientis habere'.
 d 'Pax modo conflictum laeta concludat amarum'.
 a 'Foedera dic pacis quo sint servanda tenore'.
 20 d 'Impleo te musis, tu me sapientia comple'.

III.

- Pastor o, qui Christi oves per amoena pascua
 Ad caelestis paradisi sacra ducis gaudia,
 Quem dives et pauper amat, civis atque advena,
 Cuius amor semper mea possidebit viscera:
 5 Hunc ad usque diem tuo supplici gratissima
 Clari quae dedisti Bachi perdurarunt munera.
 Spes est nulla iam vivendi, mens turbatur anxia,
 Vini quia desunt nobis ad bibendum pocula.
 Misimus ad forum nostrum venalem grammaticum:
 10 Nullus est qui illum emat, sed nec qui aspiciat.
 Tolle tibi, pater sancte, dactylos et syllabas¹,
 Tres aut quattuor et meri nobis mitte fialas.

Die Verse zum Lobe des römischen Gesanges gab bereits 1774 Mart. Gerbert (*De cantu et musica sacra* I, 288) heraus, indem er die Handschrift in die Zeit Ottos des Grossen versetzt. Das letzte launige Gedicht, welches Bethmann abgeschrieben hat, steht schon bei Ang. Mai *Classicor. auctor.* V, 456, schien mir aber doch mit den vorangehenden zusammen zu gehören. Es ist in trochäischen Fünfzehnsilbern abgefasst. Jedenfalls haben wir es hier mit Spielereien der Schule, ohne Zweifel deutschen Ursprungs, zu thun.

VI.

Die im Anfange des 10. Jahrhunderts geschriebene Brüsseler Hs. 8654—8672 in Quarto aus S. Bertin stammend, ein Codex canonum, enthält in ihrer zweiten Hälfte ausser einigen Capitularien Karls des Gr. (*Capitularia regum Francor.* ed. Boretius I, 52. 133. 185) ein Gedicht zur Krönungsfeier. Für welchen König dasselbe bestimmt war, dürfte schwer auszumachen sein, vielleicht für einen der westfränkischen Karolinger. Das Gedicht besteht aus trochäischen Fünfzehnsilbern, die ebenfalls in Gruppen von je 3 Zeilen zusammengefasst sind. Die Mittheilung desselben verdanke ich Herrn Professor Boretius (vgl. *Pertz Archiv* VIII, 515).

III, 1 'amaena' verb. 'moena' Hs.

1) Unter dem Grammatiker scheint er demnach eine Anleitung zur Metrik verstanden zu haben.

HYMNUM REGALEM.

1. Inclite rex magne regum, consecrator principum,
Veritas signata patris Christi vero crismate,
Quo favente regna durant atque reges imperant:
2. Provehe regnum fidelis principis ad gloriam.
Unguine sacro niteat, sanctitate floreat,
Fulgeat vitae corona, polleat clementia.
3. Gaudeat cum plebe totus tota plebs cum principe.
Sit dies natalis huius feriata gaudia,
Sit piis omnino votis plena exultatio.
4. Ut pie tenendo regnum cum beatis moribus,
In quibus nunc consecratus sic modestus imperet,
Quo simul cum his fruatur sempiterno munere.
5. Gloria sit deo patri, gloria sit filio,
Cum quo sanctus regnat simul spiritus paraclitus
Hunc et semper et per cuncta seculorum secula.
Finit in nomine trino divino.

VII.

Die St. Galler Hs. 10 aus dem 10. Jahrh., beschrieben von Scherrer (Verzeichniss der Hss. der Stiftsbibliothek, S. 3), enthält S. 3 einige sehr barbarische Verse eines Iren Dubduin, der sich über die Zurücksetzung seiner Landsleute beklagt¹. Da Ildefons von Arx (Berichtigungen und Zusätze zu den Geschichten des Kantons S. Gallen S. 20) sie nicht ganz genau herausgegeben hat, habe ich sie noch einmal abgeschrieben:

- ‘Hic sunt insignes sancti, quos insula nostra
Nobilis indegenas nutrit Hibernia claros,
Quorum grata fides, virtus, honor, inclita vita
Has aulas summasque domus sacravit amoenas;
- 5 Semina qui vitae Anglorum sparsere per agros,
Ex quis maturos convertis in horrea fructus.
Nos igitur fratres una de stirpe creati²
His sumus imbiciles, miseros quos mente superba
Dispicitis procures mundique tumentia membra,
- 10 Cum Christi potius debetis membra videri.
Prudens hic pausat quin Gallus atque sepultus
Ardens ignis Scotorum conscendit ad altos.

2, 1 ‘Proueae’ Hs. ‘principes’ Hs. 3, 2 ob ‘gaudio’? W. 4, 2 viell. ‘consecratur’. W. VII, 1 ‘insula’, übergeschr. ‘o’ Hs. 6 ‘convertitis’ erläutert von Arx. 10 ‘deberetis’ erl. von Arx. 11 ‘quin (utique)’ von Arx.

1) Die Verwechslung von p und r (15), von r und s (16), deutet auf ein älteres Original. W. 2) Aen. X, 543 ‘stirpe creatus’.

Dubslane¹ meruit nomen dignumque vocari.
 Annue rex caeli, me hîc pro nomine Faelan².

- 15 Dubduin hôs optos fecit quicumque requiris,
 Bessibus labrisque canens quod dixit amice³.

VIII.

In der Pariser Hs. 2974, welche nach Delisle (le cabinet des mss. I, 513) im 11. Jahrh. der Kirche von Le Puy angehörte, stehen hinter dem Dialoge Alcuins mit Karl dem Gr. de dialectica f. 74 von einer andern Hand des 10. Jahrh. drei von Bethmann abgeschriebene Gedichte. Von den beiden Grabschriften wurde die erste von Mabillon herausgegeben (Acta SS. saec. IVa Index) 'ex vetusto codice Aniciensi' (d. h. dem unserigen), die zweite ungenau von Duméril (Poésies populaires Paris 1843, S. 73 n. 2), der, ebenso wie der Catalog, die Hs. in das 11. Jahrh. setzte.

I. INCIPIT EPITAPHIUM.

Hic licet indignus monachus tamen Ardo quiescit,
 Inferior cunctis meritis et moribus extans.

Multa quidem novit, docuit quam denique plures,
 At nunc quod iuste caste quod vixit abebit.

- 5 His etenim letus carpebat tempora grata,
 Qui iacet abiectus vili de cespite tectus.
 Haec quicumque legis modicum subsiste, viator³:
 Es quod ego fueram sum quodque eris ipse futurus⁴.
 Dic, queso: 'Miserere tuo iam plasma, creator'!

II. INCIPIT EPITAPHIUM.

Hoc iacet in tumulo⁵ monachus Atanasius, annos
 Qui vixit decies quater et tres ter quoque denos.
 Floruit actibus in sanctis et ordine sacro,
 Vocibus alternis docuit subpsallere Christo.

- 5 Occubuit in pace die vicesima sexta
 Octobris, suscepit ovans quem Christus in aetra.
 Qui legis ista: 'Tuo famulo', dic, 'parce creator'!

III.

Ille sciat, novit necdum qui promere facta:
 Ludere per modicum hoc mihi sufficiat.

- VII, 15 'optos (hortos)' von Arx. 16 'Bessibus (versibus)' von Arx;
 'qud' Hs. II, 4 'subpsillere' Hs. 5 'Occubuit' Hs.

1) Vgl. Necrol. S. Galli (St. Galler Mittheil. IX, 52) 'II. Id. Sept. et est obitus Dubsalani Scoti monachi atque presbiteri'. 2) Ebd. (S. 43) 'III. Non. Iun. Obitus Faillani Scotti doctissimi et benignissimi magistri'. 3) Epitaph. Alchwinii v. 1 (Poetae lat. I, 350) 'pauillum veniens subsiste viator'. 4) Eb. v. 5 'Quod nunc es fueram . . | Et quod nunc ego sum tuque futurus eris'. 5) Fortunati Carm. IV, 22, 1 'Hoc iacet in tumulo'.

- Mure- ferunt -nato¹ Bachum sat gignere claro,
 Quidquid amas, prestat cuius in ore sapor.
 5 Manna deus quondam populo pluit aethere sudo,
 Prestabat libita cuius in ore sapor.
 Sic reor, ut prestant, ni fallor, pocula sumpta
 Iam dictae patriae tegmine sub vitreo.
 Frater erat nuper medius vix tegmine tectus,
 10 Pronesie recinens verba baburra nimis.
 Hic Rodanum penetrans, Mure- tua pocula -nate,
 Degustans sophie verba boavit amens.
 Rursus abhinc alter, Bachi dulcedine plenus,
 Mox ructare suum et pandere coepit opus,
 15 Verba dare tipica rebus, notare figuris,
 Ut lituus reboans vates in orbe novus.
 Vetus et extimplo mergens potare lieum:
 Sic iuvat et calices sic vacuare decet.
 Teque cano, Bache, recinens te vocibus altis
 20 Compita per mundi, semper ubique vale!

IX.

In dem Krönungsbuche der angelsächsischen Könige, einem wahrscheinlich in Deutschland geschriebenen Evangeliarium Cotton Ms. Tiberius A. II. (vgl. Catalogue of the mss. in the Cottonian library p. 31) befinden sich f. 14 die nachstehenden, von Herrn E. M. Thompson gütigst mitgetheilten Verse (vgl. Wattenbachs Schriftwesen S. 210).

- ‘Rex pius AEDELSTAN², patulo famosus in orbe,
 Cuius ubique viget gloria lausque manet,
 Quem deus Angligenis solii fundamine nixum
 Constituit regem terrigenisque ducem,
 5 Scilicet ut valeat reges rex ipse feroces
 Vincere bellipotens colla superba terens³.
 Quisquis amore fluens rutilans hoc luce volumen
 Perspicis eximia, dogmata sacra lege,
 Quod rex aureolis sacro spiramine fusus⁴
 10 Ornavit titulis gemmigerisque locis,
 Quodque libens Christi ecclesiae de more dicavit
 Atque agiae sophiae nobilitavit ovans.
 Hoc quoque scematicis ornarier ora lapillis
 Auxit ubique micans floribus ut variis⁵.

VIII, 9 ‘medicus’ vermuthet Bethmann (irrig), vielleicht ‘modicus’.
 10 ‘Pronesie’ Hs. 17 ‘Vates et’? 19 ‘recinante’ Hs.

1) Rochemaure, vgl. Theodulf. contra iudic. v. 128 (Poetae lat. I, 497) ‘Rupes, nos dedimus hinc, Morenate, tibi’. 2) 924—941. 3) Theodulf. ad Hludwic. v. 12 (Poetae lat. I, 531) ‘colla superba teras’. 4) Sedul. C. P. II, 176 ‘sacro spiramine plenum’. 5) Aen. VI, 708 ‘Floribus . . variis’.

- 15 Quisque sitit veniat cupiens haurire fluentia:
 Dulcia mella¹ gerens inveniatur latices.
 Ergo greges pastorque sacrae Dorobernicus² aulae
 Se caveant, ne quid fraus inimica gerat.
 Hunc quisquis textum divino fonte refertum
 20 Tollere praesumat, fine tenus pereat’.

X.

Martin Gerbert berichtet in der Vorrede zu seinen ‘Monumenta veteris liturgiae’ über eine Handschrift des Solothurner Domcapitels, aus welcher er daselbst S. 469 ff. ein altes Kalendarium abdruckt. Aus einer Reihe auf das Kloster Hornbach in der Pfalz bezüglicher Eintragungen des letzteren (S. 475. 476. 479. 480) ergiebt sich, wie der Herausgeber mit Recht bemerkt, dass dieses prachtvolle Sacramentarium Gregors in jenem Stifte entstanden sein muss. Geschrieben ist es im 10. Jahrh. und von dem Schreiber Eburnant dem Abte Adalbert von Hornbach überreicht, der etwa in die Zeit Ottos II. fällt³. Da Gerbert a. a. O. immer nur die Anfänge der mit Goldunzialen auf violettem Grunde geschriebenen vierfachen Zueignung mittheilt, zu welcher je ein von ihm beschriebenes Bild gehört, so schien es der Mühe werth, sie hier vollständig wieder zu geben. Herr Domprobst Fiala zu Solothurn, wo die kostbare Hs. noch jetzt, wie schon Gerbert hervorhob, ‘religiose admodum a canonicis servatur’, hatte die Gewogenheit, mir eine Abschrift der Verse zukommen zu lassen, die ich nachstehend veröffentliche. Der darin angeredete h. Pirminius war der Stifter und Schutzpatron von Hornbach, woselbst er auch seine Ruhestätte fand.

Bild I. Der Schreiber übergiebt das Buch dem Abte.

- ‘Pastor Adalberte, summa date caelitus arte,
 Qui meritis constas vitae venerabilis abbas,
 Praebeo quod dulus gratanter suscipe munus,
 Eburnant vilis, tibi toto corde fidelis,
 5 Semper ubique tui promptissimus assecla voti,
 Scriptor, domne, tibi presens, quem porrigo, libri,
 Quo tu cum sanctum celebres christicola cultum,
 Tecum scriptori pia praemia posce mereri’.

1) Georg. IV, 101 ‘Dulcia mella preme’. 2) Canterbury. 3) Siehe Mone, Quellensamml. zur bad. Landesgesch. I, 45 und daselbst die Miracula S. Pirminii c. 3. 4. 8 (S. 46), wo er als Erbauer eines Thurmes ‘ad portam ecclesiae occidentalem’ gerühmt wird, auch in Urkk. der Ottonen, Stumpf 521. 866. 1285. Vielleicht der Abt Adalbert, dessen Tod das Necrolog. b. Mariae Fuld. auf den 10. Dec. setzt (Boehmer, Fontes IV, 455).

Bild II. Der Abt übergibt das Buch dem h. Pirmin.

'Praesul Permini, fulgens lux aurea mundi¹,
 Incola clare dei, succensus amore fidei²,
 Istud Adalberti munus non despice servi,
 Dextra sed alma tui capiat me munere tali,
 5 Quod tibi vile fero, non quantum debitor exto.
 Hic tibi servitio maneat, rogo, tempore cuncto.
 Aedibus ex istis ferat hoc si frivolus hostis,
 Ulcio divinae quod crimen vindicet irae'.

Bild III. Der h. Pirmin übergibt das Buch dem h. Petrus.

'Ivanitor æthereę commissis clavibus aulae³
 Pastor et ecclesiae dictus de nomine Petri,
 Utque reos solvas data cui veneranda potestas⁴,
 Adsum Perminius dimisso pectore pronus,
 5 Haec tibi commendans, meus ut mihi credidit abbas.
 Vilia divini tibi mittit xenia libri,
 Quem tibi sacravit ac tota mente patravit,
 Caeli cui cardo pateat pro munere servo'.

Bild IV. Der h. Petrus übergibt das Buch Christus.

'Virtutum doctor, pie noster ad æthera ductor,
 Salvans terrigenas celi qui ceptra gubernas,
 Claviger indignus sub te nutritus alumnus,
 Sepius adiutus tua per munimina Petrus,
 5 Do tibi quod prefert meus abbas munus Adalbert,
 Cui pro terrenis da vitę praemia donis
 Perpetis, ut libri mereatur margine scribi.
 Gaudeat hinc scriptor pariter scriptoris et actor'.

XI.

In der Hs. zu Boulogne Nr. 102 (vormals S. Bertini), welche von einer Hand des ausgehenden 10. Jahrh. 'Cassiodori historia ecclesiastica' und die 'Genealogia comit. Flandriae Bertiniana' enthält, hat auf der letzten Seite, die früher als Deckblatt diente, zu Anfange des 11. Jahrh. ein Schreiber 5 Grabschriften eingetragen. Diese wurden schon vor längerer Zeit (1841) von Bethmann abgeschrieben, eine genaue Beschreibung der Hs. verdanken wir dem 'Catalogue des manuscrits des départements' IV, 634. Auf die beiden Grabschriften des im J. 965 verstorbenen Erzbischofs Bruno von Cöln (vgl. meinen Kaiser Otto der Grosse, S. 594) folgen die nachstehenden, die ebenfalls nach Cöln weisen, ohne dass ich jedoch die Personen, auf welche sie sich beziehen, ermitteln

1) Iuvenci Hist. euang. III, 15 'lux aurea vitae'. 2) Aen. VII, 496 'laudis succensus amore'. 3) Iuvenci Hist. euang. II, 196 'aetheriam . . in aulam'. 4) Ib. IV, 685 'veneranda potestas'.

konnte¹. Wahrscheinlich rühren sie alle von einem Verfasser aus der Schule Brunos her, vielleicht sogar von Ruotger.

I. EPITAPHIUM HATHAWIGAE ABBATISSAE.

- Perquam conspicuus generoso pectore ταφος,
 Quo debellato sita victrix principe mundi,
 Candida lacteoli coetus antistes, amicum
 Spiritui sancto templum, sed integra vitae²
 5 Hostia grata deo, sed labis pura, sed agno
 Digna comes, dux virginibus dignissima castis.
 Quos hic mundus habet requie decerpta laborum
 Iam meliore sui super aethera parte triumphat.
 Non est huic titulus atavos conferre supinos,
 10 Praestitit his sola virtutis imagine nota,
 Atque ita se gessit, dum mundo seria vivit,
 Ut nido hanc pennas facile extendisse loquare
 Magno maiores, subiit nam mascula mundum
 Foecundum culpa³ ἀρετης σπουδαια satelles,
 15 Certans angelicae fragili sub corpore vitae
 Propositique tenax⁴ sexum virtute redemit.
 Et quam post cineres tibi, Christe, restruxerat edem,
 Augens qua numero commissas qua meritorum
 Ditans dote suas callensque sagacius una,
 20 Quid deceat, quid non, quo virtus, quo ferat error⁵.
 Adde, quod insignis studio pietatis⁶ in omnes
 Cara suis iuxta metuendaque mater alumni
 Ingenium tetrico destrinxit mite severo.
 Tota teres⁷ vitiisque recalcans tuta tetendit
 25 Unguib⁸ a teneris⁸ mutare superna caducis⁹,
 Quod sibi iam gratum gratatur compote voto.
 Qua concessisti naturae, virgo beata,
 Et subscripta dies, quam versu dicere non est¹⁰,
 Nos prece, nos psalmis tibi iusta peregrimus, at tu
 30 Sis nostri memor atque perita precare vicissim.

II. EPITAPHIUM CUIUSDAM¹¹.

Hunc senior Bruno nutrit ab ungue tenello,
 Clausus in hac tumba qui iacet en modica.

13 nur 'mas' ist deutlich. 14 'ΑΡΝΤΗΕC ΠΟΥΔΑ . . Α' Hs.
 30 'pericla' Hs.

1) Eine 'Hathuwi abbatisa' findet sich in dem Merseburger Todtenbuche zum 18. Juli (Neue Mittheil. XI, 237), dieselbe 'Hathuwig' auch in dem von Essen, dessen Herausgeber sie für die am 18. Juli 947 verstorbene Aebtissin von Essen hält (Lacomblet, Archiv N. F. I, 68, 77).
 2) Hor. Carm. I, 22, 1 'Integer vitae'. 3) Hor. Carm. III, 6, 17 'Fecunda culpa'. 4) Hor. Carm. II, 3, 1 'tenacem propositi virum'.
 5) Hor. Art. poet. 308. 6) Aen. VI, 403. 7) Hor. Sat. II, 7, 86 'totus teres'. 8) Hor. Carm. III, 6, 24 'De tenero . . ungui'. 9) Hor. Ep. I, 1, 100. 10) Hor. Sat. I, 5, 87. 11) Ruotgers?

Et sibi devotum statuit pro laude ministrum,
Talem prospexit quo sibi complacuit.

III. EPITAPHIUM ALIUD CUIUSDAM.

Quisquis ad haec domini concurris limina templi¹,
Huc deflecte pedem² quisquis ad haec domini.

Sorte mea propriam cautus pensare memento:

Sum velut umbra nihil, sorte mea propriam.

5 Nomine dictus eram³ Wolfradus tempore quodam

Civis Agrippinae nomine dictus eram.

Funde preces domino⁴, mihi quo peccata relaxet,

Conferat ac requiem, funde preces domino.

Ferrea sidereis mutavi s . . e kalendis

10 Iani quaternis terrea sidereis.

XII.

Die von Reifferscheid (Sitzungsber. der philos. histor. Cl. der Wiener Akademie LIX, 123) ausführlich beschriebene Handschrift des Vaticans Christinae reginae 321, vormals des Petavius, aus dem 10. Jahrh. enthält in ihrem Haupttheile die Gedichte des Prudentius, für deren Ausgabe sie auch von Dressel benutzt wurde (Prudentii Carmina p. XLVI). Auf der ersten leeren Seite findet sich von einer gleichzeitigen Hand Folgendes:

‘De palliis debet Lanbertus libras VIII et solidos XV. Libras XXI tuli Aurelianus et recepi libras XVI, quas St. ab. Debet trapezeta libras III et solidos XVIII, Iudeus libras III et e’, darauf von anderer Hand:

‘Recepit Stephanus de Constantino libras XVI, de Rotgerio libras III et solidos XVIII, de Vulfaldo libras duas’.

Am Schlusse der Hs. folgt auf f. 64’—65 eine Reihe von Gedichten von einem Schreiber, der etwa der Mitte des 10. Jahrh. angehörte. Derselbe, der die Gedichte schrieb, scheint auch die erläuternden Glossen hinzugefügt zu haben. Die Entdeckung und Abschrift verdanken wir Bethmann, die letzten 12 Zeilen schrieb später Pabst noch einmal ab.

Als Ort der Abfassung dieser durch ihre griechischen Brocken werkwürdigen Verse wird man nach der Anrufung des h. Julian an letzter Stelle wohl Brioude in der Auvergne anzunehmen haben. Diese Landschaft stand nach dem Tode des Grafen Eblus (935) unter der Herrschaft Wilhelms von Aquitanien (seit 927), der den Beinamen Caput-stupae führte (Ademari Histor. c. 25, SS. IV, 126). Unter ihm oder seinem Sohne Sector ferri dürften daher diese Gedichte entstanden sein.

9 ‘sale’ las Bethmann, doch nur das e ist deutlich; ‘sorte’?

1) Fortunati Carm. I, 2, 1 ‘Quisquis ad haec sancti concurris limina templi’. 2) Ib. 5, 1 ‘iter huc deflecte viator’. 3) ‘Bruno dictus erat’ und ‘Huius Agrippinae’ heisst es in Brunos Grabschrift v. 5 und 6. 4) ‘Fundite corda preces’ beginnt die zweite Grabschrift Brunos.

IN NATIVITATE SANCTAE MARIAE.

Exoritur hodie virga radices Iessae,
 Virtutum florem mundi paritura parentem¹.
 Tres certe sother, Maria, baptista Iohannes
 Nature superant legem ratione parenti.

- 5 Quapropter horum solito caelebratur origo,
 Quod reliquis sanctis Romanus denegat usus.
 Et quia tale decus hodie processit ab alto,
 Sumite nunc laeti presentis pocula musti.

IN FESTO SANCTI MICHAEL.

- Quod Michael idicos merito celebratur in arvis,
 10 Insinuat Daniel apocalipsisque Iohannis.
 Utimur et stathmo terris taumasticos acto,
 Quod talem cultum sibimet sacraverit ipse.
 Nec minus est Gabrihel nobis recolendus, et ille
 Quem Iesus matri proprium statuit paranympum.
 15 Hos aliosque poli cives pie convenerantes
 Legibus humanis potus haurite salubres.

IN ASSUMPTIONE SANCTAE MARIAE.

- Traditur hoc festum reverentius esse dierum,
 Terrigenis sanctis totus quos dedicat annus.
 Xristotocos etenim hodie caelestia scandens
 20 Creditur angelicis vere prelata choreis.
 Et merito, quoniam regem generavit eorum,
 Pistis ut alma tenet verum hominemque deumque.
 Taliter instructi, laudes utriusque canentes
 Laetitiae nostrae clarum subdamus oenum.

IN NATALI INNOCENTUM.

- 25 Innocuos Christi testes nondumque loquentes,
 Quos furor Herodis Bethleis stravit in horis²,
 En potior Bethlehem toto veneratur in orbe.
 Hi domino terris nato nascuntur Olympo,
 Proque dei verbo subeunt mortem sine verbo,
 30 Huius et ignari vitae donantur eona.
 Vos horum memores Christo persolvite grates³.
 Inter et haec agathon solito potate Falernum.

2 'paritura paritura' Hs. 4 'parendi'? 9 'idicos] specialiter' Hs.
 11 'stathmo] auctoritate' Hs. 'taumasticos] mirabiliter' Hs. 22 'Pistis]
 fides' Hs. 24 'oenum] vinum' Hs. 'innocentium' Reifferscheid. 27 'En
 potior] melior quam ille' Hs. 'bethleem] sancta ecclesia' Hs. 28 'olympo]
 caelo' Hs. 29 'verbo] loquela' Hs. 31 'grates] laudes' Hs. 32 'aga-
 thon] bonum' Hs.

1) Sedul. C. P. II, 40 'suum paritura parentem'. 2) Sedul. C. P.
 II, 73 'Bethlaeis . . in oris'. 3) Verg. Aen. I, 600 'grates persolvere
 dignas'.

IN PASCHA.

- Emicat ecce dies¹ toto festivior anno,
 Quae zabuli mortis Herebi mundique subactrix
 35 Prima resurgentem nostrum conspexit Iesum,
 Prima genus hominum proprium revocavit ad ortum.
 Laudibus ergo piis Christo cantemus honorem²,
 Deque suis donis iuste laetemur in ipso.
 Inde dulci claro felicia regna Christo
 40 Poscentes eius placito hilarescite Baccho.

IN ASCENSA DOMINI.

- Scandere quod possit carnis substantia caelum,
 Indicat ista dies omni celeberrima mundo.
 Hac siquidem Iesus hominem super astra levavit
 Virgine conceptum, passum tumuloque sepultum.
 45 Nos caput hoc nostrum tamquam pia membra sequentes
 Iudicis ad reditum mentesque manusque paremus.
 Principis³ interea iussis parendo libenter
 Amineum vobis solito potate liquorem.

IN PENTECOSTEN.

- Quos Babyloniae reos asogia fecerat olim,
 50 Hos Solimis iustos hodie theosebia fecit.
 Illud yperefanes meruit, quae mergitur Orco,
 Hoc humilis ypacon, quae sublimatur Olympo.
 Innumeris tulerat physicam tunc illa loquelam,
 Collegio certo linguas haec contulit omnes.
 55 Nos humiles clari coetus exempla sequentes
 Vitea dona dei sancto sumamus amore.

IN NATALI SANCTI PETRI ET PAULI.

- Claviger aethereus⁴ Simon cognomine Petrus,
 Pauli et a Paulo dictus proconsule Paulus,
 Laetitiam vobis cumulent sine fine beatam.
 60 Peccati maculis lotos vinclisque solutos,
 Ostibus invictos, omni bonitate repletos,
 Tempore iudicii donent conscendere caelos.
 Nunc horum memores⁵ regem regumque canentes⁶
 Principis ex voto curam prebete Licio.

39 'duci . . regmina'? 40 'hilarescite' Hs. 46 'mentes' Hs.,
 'que' W. 49 'Babylone' W., 'asogia] impietas' Hs. 50 'theosebia] dei
 cultus' Hs. 51 'yperefanes] superbia' Hs. 52 'ypacon] obedientia' Hs.
 53 'physicam] naturalem' Hs. 'illa] superbia' Hs. 54 'haec] oboedientia' Hs.

1) Fortunati Carm. VIII, 2, 1 'Emicat ecce dies'. 2) Sedul.
 Hymn. I, 1 'domino cantemus honorem'. 3) Wilhelmus, s. unten v. 88.
 4) Arator Act. ap. I, 899 'Claviger aethereus'. 5) Vgl. v. 31. 6) Aen.
 VII, 698.

IN NATALI SANCTI IOHANNIS BAPTISTAE.

- 65 Leta dies prothobaptiste resplendet in orbe
 Eius ab exortu toto mirabilis aevo.
 Pneumate nam sancto plenus genitricis in alvo
 In Mariae thalamo clausum cognovit Iesum.
 Mox natus solvit mute retinacula linguae¹
- 70 Iam iam se vocem verbi testando potentem.
 Hic quia gaudificat proprium natale quotannis,
 Testentur vestrum Bacheia munera² festum.

IN MEMORIA SANCTI SYRENEI.

- Optineat meritis in arce Syreneus almus,
 Gratia quo Christi cunctis vos protegat horis.
- 75 Hereat huius amor vestris pectoribus, hortor,
 Cuius in hac patria splendent solamina clara.
 Ipse suis precibus solvat peccamina vestra,
 Corporis et mentis saevos dimoveat hostes,
 Virtutes tribuat, felicia tempora prestet,
- 80 Impetret atque poli regnum sine fine beatum.

IN LOCO SANCTI IULIANI.

- Ferte deo claras claro pro martyre laudes,
 Auxilio cuius gaudet Aquitanica tellus.
 Personat en nobis Iuliani dulce vocamen,
 Existat nobis eius imitatio dulcis.
- 85 Et quia vos Christus tanto ditavit honore,
 Sumite leneos eius amore liquores.
 Plane sacris precibus sanctum pulsemus eundem,
 Quo pie presentem foveat arconta Wilelmum.

IN LAUDEM WILELMI COMITIS.

- Inclite tu princeps, nativo germine preses,
 90 Primus amore tui formam prebeto bibendi.
 Vos fidi proceres circumpositique fideles,
 Principis exemplo vos exhilarate Falerno.
 Cui rex summipotens claros ita prosperet actus,
 Praevaleat cunctis qui sunt ubique duellis.
- 95 Sic illum vobis, sic vos coniungat et illi,
 Quo pariter summos capiat in aethra triumphos.
 Theotocos kai partenos, cosmi basilissa
 Ypsyleon arkos si sit katfige per eon.

67 'Pneumate] spiritu' Hs. 68 'thalamo] utero' Hs. 70 'Iam
 tam' Hs.; 'potentem] Christi' Hs. 86 'l. nunc eius' W. 89 'preses]
 comes' Hs. 94 's. ut ubique' W. 96 'aethra] caelos' Hs. 97 'Theo-
 tocos] dei genitrix' Hs.; 'partenos uirgo' Hs.; 'cosmi basilissa] mundi
 regina' Hs. 98 'excelsum princeps tibi sit refugium per seclum' über-
 geschrieben Hs.

1) Arator I, 896 'Qui solvere nosti, | . . . meae retinacula tarda
 loquelae'. 2) Georg. II, 454 'Baccheia dona'.

Illa creatori proprio de genere nato
100 Teque, Wilelme, datamque commendet alocon.

XIII.

In der erst jüngst von dem Britischen Museum erworbenen Hs. Add. Ms. 32246 f. 1' entdeckte Herr E. Maunde Thompson das nachfolgende Gedicht, welches er für mich zur Veröffentlichung abzuschreiben die grosse Freundlichkeit hatte. Der Haupttheil der im 11. Jahrh. geschriebenen Hs., welche früher dem Dr. Nolte gehörte, besteht aus einem lateinischen Grammatiker, am Rande durch lateinische oder angelsächsische Glossen erläutert, unser Gedicht befindet sich auf einem einzeln eingehafteten Blatte. Trotz jener Glossen ist die Hs. nicht in England geschrieben, sondern im nördlichen Frankreich oder in Flandern nach der Meinung des Herrn Thompson. Der Inhalt des Gedichtes giebt in dieser Hinsicht keine bestimmten Anhaltspunkte, wiewohl es ja für das 11. Jahrh. am nächsten läge, bei der 'Francia' in v. 4 an Frankreich zu denken, aber sicher ist dies keineswegs. Den Abt Vulfgar, an welchen der Dichter, ein Priester Herbert, seine Bitten richtet, vermag ich nicht nachzuweisen. Ausser Vergil kannte der Verfasser dieser anmuthigen Verse namentlich auch die unter dem Namen 'Conflictus veris et hiemis' bekannte, aus der Zeit Karls des Grossen stammende Ecloge. Neben mehrfachen Anklängen scheint v. 37 eine ausdrückliche Verweisung darauf zu enthalten. Die unmittelbar folgenden Verse beziehen sich vielleicht auf eine dramatische Darstellung des Kampfes zwischen Winter und Sommer.

- Summo pastori miserandum transfero carmen
Nunc, Vulfgare, tibi, qui pius es miseris:
Herbertusque vocor non dignus namque sacerdos,
Francia me genuit¹ seu puerum docuit.
5 Hoc carmen miserum me figmentare coegit
Maxima paupertas, quam modo sustineo.
Suscipe nunc metrum manibus seu perlege totum,
Perlege tu, pastor, perface quodque precor.
Quod precor, alme pater, gaudenti suscipe vultu,
10 Perlege quodque legis, perface quodque petit.
Advenit ecce hiemps albis hirsuta capillis²,
Omnia frigescet quae creat Emmanuel.
Frigidus invadet cunctos quos cernet inermes
Birris ac tunicis, vestibus, amphibalibus.
15 Constringet terras persiccans aspera cuncta,
Currentes amnes, pons, via tunc aderit.
100 'datamque tibi'? 'alocon] uxorem' Hs.

1) Vgl. Anthol. lat. ed. Riese 667, 1 'Corduba me genuit'. 2) Ebd. 687, 7 'Frigida venit Hiems rigidis hirsuta capillis'.

- Albescent silvae hibernis imbris ustae,
 Effigies mundi candida tunc aderit.
 Frigora, nix totum permiscent caumate mundum,
 20 Perflabunt venti vocibus horrisonis¹.
 Barbam necne manum sub tegmine quisque reponet,
 Ludere cum virga tunc piger omnis erit.
 Multi plorabunt lacrimis sine sorte doloris,
 In naribus certe guttula pendet aquae.
 25 Omnibus et calvis aderit tunc maxima pestis:
 Invadent calvos frigora, nix, pluvia;
 Accipient calvi calidas pellesque ferinas,
 Frontis calvitium pilleolisque tegent.
 Cum rubeis armis veniet tunc ille vorator
 30 Vulcanus senior splendidus atque velox,
 Exiet a silvis armatus tergore lignis,
 Flammabit flammis nocte dieque nimis.
 Omne genus quamvis recalescet luce caloris,
 Ingenium hiemis vincere non poterit.
 35 Post haec ver veniet succinctus floribus albis²,
 Armatus foliis ac rubeis violis.
 Tunc simul accipient conflictum verque hiempsque,
 Ac hiemis flatu ver fugiet timidus.
 Ignicomum Phoebum deducet ver quoque secum,
 40 Tunc hiemem capient ictibus ac ferient.
 Post haec aspirans removebit necne resurget
 Et veris flores decoquet ac refluet.
 Post aestas aderit sublimis fructibus altis:
 Frigore regnantem repperiet hiemem.
 45 Tunc se praecinget claris longisque diebus,
 Exiet ad pugnam vincere pestiferam.
 Pugnantes pariter longo certamine semper
 Se ferient pugnis, ensibus ac gladiis.
 Tunc aestas manibus vibrans furcamque bicornem³
 50 Eius mox oculos auferet atque duos.
 Illius atque caput curva cum falce⁴ secabit,
 Finiet in pratis improba tunc hiemis.
 Ipsa cupit vivens nudos occidere cunctos,
 Nescio quo pergam, nescio quo fugiam.
 55 Heu heu, quam mordax hiemis me nocte flagellat,
 Pulsat me stimulis percutit ac ferulis.
 Haec mecum recubans dormit mecumque quiescit,
 Somniat in lecto nocte dieque meo.

24 'naribus' übergeschr. 'naso' Hs.

1) Luc. Phars. II, 455 'Flatibus horrisonis'. 2) Anthol. 687, 6
 'Ver quoque florifero succinctus stemmate venit'. 3) Georg. I, 264
 'furcasque bicornes'. 4) Aen. VII, 179 'curvam . . falcem'.

- Ante meos gressus discurrit me feriendo,
 60 Postergum¹ sequitur me ferit ac manibus.
 Vestibus ac tunicis nudum me testor adesse,
 Parcere haec nescit nec mihi nec homini;
 Amphibalis vacuos hec mordet dente lupino,
 Frigore marcescet heu teneros pueros.
 65 Vulgar, nunc succurre mihi, succurre misello,
 Mordentem hiemem vincere quo valeam.
 Horreo hanc timidus, hanc terreo tegmine nudus,
 Porrige mox vestes, quas petii mihimet.
 Nobilis alme pater, per quadrum transvolat orbem
 70 Fama², tuam vitam laudibus almificans.
 Adveniunt multi de cunctis denique regnis³.
 Et cunctos pietas suscipit ecce tua.
 Occurrunt tibimet de multis partibus omnes,
 Expansis manibus suscipis hosque pius.
 75 Concurrunt omnes ad te iuvenesque senesque⁴,
 Clericus ac laicus, pauper inopsque⁵ simul.
 Cognoscunt fontem pietatis te, pie, cuncti:
 Propterea veniunt et tua dona petunt.
 Te quaerunt inopes, tristes quoque necne merentes
 80 A te divinum consilium capiunt.
 Tu recipis cunctos et ditas munere digno:
 Expellis memet, servio qui tibimet.
 Te laudant cuncti, quos omnis continet orbis⁶,
 Illis tu donas munera magna quia.
 85 Tempore iam multo te cernere, domne, cupivi,
 Gaudeo nunc vultum cernere nempe tuum.
 Te laudant cuncti, pro te cunctosque reliqui,
 Hoc peto cum gemitu: sis mihi propitius.
 Tu mihimet misero miserans miserere misello
 90 Atque tuus vultus sit mihi propitius.
 Salve, sancte pater, salve⁷, venerande magister,
 Salvator salvet te, pius Emmanuhel
 Unus sub trino salvet te tresque sub uno,
 Nomine sub trino qui deus unus adest.
 95 Sufficit ac satis est calcem submittere metro
 Et tibi sufficiat sufficiens pietas.
 Sufficit hoc mihimet, pastor, te cernere semper,
 Sufficiatque tibi regula coenobii.

91 nach diesem Verse sind 2 Zeilen ausradiert.

1) Aen. I, 296 'Post tergum'. 2) Ib. I, 457 'fama totum volgata per orbem'. 3) Anthol. 687, 1 'Conveniunt subito cuncti de montibus altis'. 4) Aen. IX, 309 'iuvenumque senumque'. 5) Anth. 687, 40 'pauper inopsque'. 6) Luc. Phars. I, 110 'totum quae continet orbem'. 7) Aen. V, 80 'Salve, sancte parens, iterum salvete'.

XIV.

Die Pariser Hs. 7930 aus dem 11. Jahrh. enthält nach den Werken Vergils f. 207' folgendes wunderliche und am Schlusse unvollständige Gedicht, welches Herr A. Molinier für mich abgeschrieben hat.

ALTERCATIO NANI ET LEPORIS.

- Musa, mihi ante alias predulcis amica sorores¹,
 Queso, diu tacitas properans edissere pugnas.
 Te dictante prius cecinit nam prelia vates²
 Nobilis Aeneae Turnique insignia gesta;
 5 Bella triumphales congressusque acris Achilli³
 Conspicuo textu celebrans expressit Homerus;
 Adrastum Staius Cahtmumque et Tydea durum
 Et quae quisque gerens gessit certamina victor,
 Quas acies vertit, descripsit cuncta poeta:
 10 Horum sed nullus depromsit prelia nani
 Infausta et timidi catuli leporisque ferocis,
 Quis canis et nanus victi sua terga dedere⁴.
 Martius ergo lepus victor prostravit inertes
 Unguibus affixis oculos atque ora⁵ cruentans.
 15 Quem virtute nova⁶ committere prelia seva⁷
 Milite cum tali armato catuloque fugaci
 Est ast te prestanti abbas ortatus in illo,
 Ut fidens animis, fidens audacibus armis⁸
 Oblitus proprie levitatis more parentum⁹
 20 Parcere ne vellet, nulli neu cederet hosti.
 Sed neque cum multis luctamen inire recusat,
 Contra quemque suos versans scalpendo lacertos.
 Militiae deditus fuerat quam nullus avorum
 Quin potius soliti lapsu defendere vitam,
 25 Et miranda quidem diversa est ratio rerum:
 Ignavus superat, laniantur corpora, quondam
 Debita quae fuerant virtuti iure priorum.
 Erigit imbellis ardetque lacescere lites,
 Arma movet¹⁰ vibrans, tela pefigit acuta,
 30 Mitis in inmitem¹¹ mutatur, sicque repente

8 'cessit'? 12 'victi' habe ich hinzugefügt. 17 'aste' übergeschr.
 'te' Hs. 21 'littamen' Hs. 23 'fuit' Hs., ich verbessere 'fuerat' oder
 'fuit hic'. 25 'ratio' am Rande 'uel rotatio'; 'est' habe ich zugesetzt.

1) Georg. IV, 351 'ante alias Arethusa sorores'; Aen. XI, 537 'cara mihi ante alias'. 2) Ib. V, 524 'cecinerunt omina vates'. 3) Aen. I, 220 'acris Oronti'. 4) Ib. IX, 686 'aut versi terga dedere'. 5) Ib. II, 531 'oculos . . et ora'. 6) Ib. IX, 641 'nova virtute'. 7) Ib. XI, 727 'proelia saeva'. 8) Ib. XI, 181 'fidens et versicoloribus armis'; XII, 788 'armis animisque'. 9) Ib. VI, 223 'more parentum'. 10) Ib. XII, 6 'movet arma'. 11) Sedul. C. P. I, 116 'Mitis in inmitem'.

- Cristatus sequitur luctans velut ursus inormis,
 Fit velut immanis tygris, velut ipsa cymera¹,
 Ut lupus, ut leo torvus erat iam qui lepus ante.
 Persequitur solitos leporum prosternere gentem
 35 Hostes, dampna suis memorans hominumque canumque
 Vastatam volucrum miseranda strage catervam.
 Instat huic patriae cedis saevissimus ultor
 Et diro morsu et letali vulnerat ungue
 Sanguineasque notas crudeli caractere signans
 40 Sauciat urgentes ac spicula curva refigit.

XV.

In der Sanct Galler Hs. 374 des 11. Jahrhunderts, einem Graduale, steht auf S. 2 ein Prolog in Majuskeln, dessen Anfang nur in den ersten beiden Zeilen den in den Poetae latini aevi Carol. II, 686 abgedruckten, auf denselben Gegenstand bezüglichen Versen entspricht². Die Abschrift verdanke ich der Güte des Herrn Dr. H. Wartmann.

- 'Gregorius presul, meritis et nomine dignus,
 Unde genus ducit³, summum conscendit honorem.
 Quem vitae splendore suae mentisque sagaci
 Ingenio potius compsit, quam comptus ab illo est.
 5 Ipse patrum monimenta sequens renovavit et auxit⁴
 Carmina in officiis, retinet quae circulus anni,
 Quae clerus dulci domino modulamine⁵ solvat,
 Mystica dum vitae supplex libamina tractat.
 Suaviter haec proprias servat dulcedo nitelas,
 10 Si quod voce sonat⁶ fido mens pectore⁷ gestet.
 Nec clamor tantum domini sublimis ad aures,
 Quantum vox humilis placido de corde propinquat.
 Haec iuvenum sectetur amor maturior aevo⁸,
 Laudibus his instans aeternas tendat ad horas'.

XVI.

In der Münchner Hs. 18955 aus Tegernsee stehen p. 148 mitten in einer Sammlung von Heiligenleben folgende leoni-

31 'sequens' Hs.; 'inermis' Hs. 33 'lupus ante' Hs. 34 'lepori nam sternere' Hs. 38 'letalis vulnera uirgæ' Hs. (Aen. IX, 580 'letali vulnere'). XV, 6 'que' verb. 'qui' Hs.

1) Vgl. Aen. VI, 288. 2) Ein ähnliches Gedicht auf Gregor in 7 Distichen steht in den Sanct Galler Hss. 390 p. 12 und 414 p. 362, hier mit der Ueberschrift 'Metrum elegiacum', herausgegeben von Lambillotte, Antiphonaire de St. Grégoire p. 36, wo v. 13 'Quicquid' zu lesen ist, vgl. Facsimile Planche II. 3) Ov. Ep. XVIII, 148 'A . . ducit Ulixæ genus'. 4) Walahfridi Carm. XLIV, 1 (Poetae lat. II, 393) 'renovavit et auxit'. 5) Fortunati Carm. IV, 7, 15 'cecinit modulamine dulci'. 6) Met. III, 703 'voce sonabat'. 7) Ib. IX, 248 'pectora . . | Fida'. 8) Ib. XIV, 617 'maturior annis'; VIII, 618 'maturus et aevo'

nische Hexameter, deren Abschrift ich Herrn Dr. W. Meyer verdanke.

‘Colligit Albinus virtutum dote ditatus
 Nomina vernantum, que sunt utilia, florum,
 Discernens calles colubrina fraude latentes.
 Floribus ex ipsis implet qui vascula mentis
 5 Certe congratulor, quia Christi sumitur odor’.

XVII.

Das nachfolgende akrostichische Gedicht wurde in dem dem ausgehenden 11. Jahrhundert angehörigen codex Vaticanus 1202 f. 1' von Bethmann entdeckt und abgeschrieben (vgl. Pertz Archiv XII, 223). Verherrlicht wird darin der durch vornehme Geburt, glänzende Bauten und Förderung der Wissenschaft ausgezeichnete Abt Desiderius von Monte Casino, nachmals als Papst Victor III (1058—1087). Von der Blüthe der Studien, die seiner Zeit nachgerühmt wird, legen auch diese Verse Zeugnis ab.

[DESIDERIUS ABBAS.]

1. **D**omino tribuente ducatum
 Benedictus ad ista beatus
 veniens loca sculptile stravit
 dominoque domum fabricavit.
2. **E**rus omnipotens ait ipsi,
 quoniam meritis Benedicti
 locus hic sacer atque verendus
 foret amplior efficiendus.
3. **S**eries data celitus orbi,
 ubi tempora multa revolvit,
 Desiderius istius arcis
 regimen capiens nimis auxit.
4. **I**n ea vetera omnia stravit,
 nova protinus edificavit,
 satus ipse ducum Beneventi
 homo progenie renitenti¹.
5. **D**edit huic tua gratia tantum,
 ere cunctipotens dominantum,
 populique ducumque favore,
 ut ei obsequerentur amore.
6. **E**tenim eximie pietatis
 nimieque fuit bonitatis
 speculum atque lucerna proborum,
 metus horribilis reproborum.

3 'latantes' verb. 'latentes' Hs.

1) Vgl. Leonis Chronica monasterii Casinens. III. c. 1 (SS. VII, 699).

7. **R**atio nequit intima reri,
nequit os labiumque fateri,
sacra vascula quanta paravit,
quibus et lapidum decoravit.
8. **I**bi Sardius et chrisoprassus
nitet ac speciosa smaragdus,
simul emicat his amethystus
radiat preciosa iacynthus.
9. **V**arias quoque Grecia vestes
dedit artifices que scientes¹;
tribuit sua marmora Roma,
quibus est domus ista decora.
10. **S**uper haec meritis Benedicti
dedit huic miseratio Christi,
locus esset ut iste piorum
celebris bonitate virorum;
11. **A**lias quoque per regiones
et in abdita religionem
loca spargeret ultima mundi,
ubi sol cadit ac ubi surgit.
12. **B**oreas solet ardua quotquot
foliis iuga spargere, tot tot
titulos tulit hic variorum
varia ex regione librorum².
13. **B**ona quae pater iste peregit,
numeris quis homo cohibebit?
Danihelis eum vocitamen
facit ac opus esse sodalem.
14. **A**mor et sacra copula pacis
facit hunc genus esse tonantis,
faciat super astra beatum
pater hunc socium fore patrum.
15. **S**imul et modo qui sumus istic
fore cras simul annuat illic,
sacietque greges paradisus,
quibus extat ovile Casinus.

13, 1 'Dona' Hs.

1) Chronica monast. Casin. III. c. 27 (p. 718). 2) Ib. c. 63 (p. 746).